

90r

CARALIS PANEGYRICUS
CIVIBUS CARALITANIS DICTUS

I. [1] Etsi quadam naturae vi ea libentius audire cupimus quae tum nobis tum patriae usui et voluptati futura sint, praecipue tamen ea ardentius expetimus quae patriam ab infamia vindicant eamque, veritate detecta, celebriorem efficiunt. Quis enim vestrum non minus avido animo Romae laudes quam Caralis auditurus sit? [2] Non tam quia haec urbs vestra est, cuius laudes vestras esse ducitis, quam quod illius encomia passim, omnibus nota, omnes fere auctorum paginas oblevare; huius vero non obviae cunctis atque ideo pluris faciendae. [3] Parum enim laudis meretur qui rem tot nominibus ac sine controversia celebrem laudare suscipit. At qui rem conviciis obnoxiam laudare nititur, is, me hercule, vel solo argumento pretium operae attendentium absolvit, praecipue cum rei novitas non tam ad ingenii exercitationem quam ad reipublicae utilitatem deflecti videtur.

[4] Karalis enim laudes dicturus, non ad vos declamatorium specimen adfero, ubi scholastica disciplina laudem illaudatis et labem probatis conatur adfigere ut ingeniorum vires experiatur, inde nobis Favorinus philosophus febrem quartanam commendavit, calvitium suum Synesius comis praeposuit, sed et Thersitem Achilli praeponendum Isocrates rhetor paene persuasit, ut muscam Luciani et nuper scarabaeum Erasmicum praeteream. [5] Nihil huiusmodi a me nunc expectetis: illa enim propria virtute contenta sunt quae vero ad vos adfero, vel sola veritatis indagatione a livore ipso laudem extorquebunt.

4. Erasm. Rot. *Mor. enc., ep. ad Thom. Mor.* (Fav. or. frg. Gell. 17,12,2, Syn. *Opusc.* 5, Isocr. 11 et Lucian. 7 *apud* Erasm., *loc. cit.*) || Erasm. Rot. *Scar.*

2. oblevare *scripsi*: oblivere *cod.* 3. At qui *scripsi*: atqui *cod.* || *precium cod.* 4. philosophus *ead. m. ex* philosopus *eff.* || *pene cod.* 5. expettetis *cod.*

PANEGIRICO DI CAGLIARI
DECLAMATO INNANZI AI CITTADINI CAGLIARITANI

I. Sebbene, per una sorta d'impulso naturale, ben volentieri ci disponiamo all'ascolto di ragionamenti tesi ad arrecare a noi e alla patria utilità e piacere, agogniamo tuttavia con particolare ardore quelli che riscattano la patria dal disonore e, svelata la verità, ne divulgano la fama. D'altronde, chi di voi ascolterebbe con animo più smanioso le lodi di Roma piuttosto che quelle di Cagliari? Non tanto per il fatto che, essendo questa la vostra città, ne percepite le lodi come fossero rivolte a voi; quanto perché gli encomi di Roma, universalmente noti, hanno riempito pressoché tutte le pagine degli scrittori, mentre le lodi di Cagliari non sono altrettanto ovvie ed è per questo che vanno tenute in maggior pregio. È davvero scarso il merito di colui che si assume il compito di lodare ciò la cui fama è tanto diffusa e incontrastata. Chi invece si adopera nel lodare ciò che è fatto oggetto d'ingiurie, costui, senza dubbio, già col solo argomento ripaga dell'attenzione l'uditorio; soprattutto se la scelta inconsueta non paia il pretesto per un mero esercizio d'ingegno, ma sia volta all'interesse dello Stato.

Con le lodi di Cagliari che mi appresto a declamare, dunque, non intendo offrire a voi un saggio di quel genere d'eloquenza attraverso il quale, usando gli ammaestramenti della retorica, si tenta di assicurare la lode a cose indegne e marchiare d'infamia le stimate, giusto per misurare le capacità del proprio ingegno; è così che il filosofo Favorino ci decantò la febbre quartana, che alle chiome Sinesio preferì la sua calvizie e che il retore Isocrate arrivò quasi a convincerci che l'eroe fu Tersite e non Achille, per non parlare della mosca di Luciano e, ai nostri giorni, dello scarabeo di Erasmo. Non aspettatevi da me, adesso, niente di simile, perché le prove che porto a voi si basano, al contrario, sulla loro intrinseca validità, ed è soltanto nella ricerca della verità che esse riusciranno a cavar fuori dal malanimo la lode.

[6] Scitis enim quae minus nota ea esse cognitu digniora. Cum
 90v difficile inventu // sit veritas, mendacium in unaquaque re
 promptissimum; nam cum ipsa veritas sit rerum humanarum
 pretiosissimum, ita non facile neque a quovis deprehenditur. Ma-
 ior enim pars rerum ignoratur, mendacia circumferuntur; quae-
 dam vero ita sunt sepulta atque oblitterata ut nec tempus ipsum,
 omnium rerum destructor, inventor atque detector, ad eorum
 veritatem eruendam sufficiat. [7] Ostendit id mirifice Dion ille
 Prusiensis, qui merito Chrysostomus ab ore aureo dictus est, in
 oratione *Pro Iliensibus*: quis enim tot scriptoribus probatissimis
 non credidisset Troiam a Graecis dirutam atque deletam? Atta-
 men noster Dion, veritatem ipsam indagans, verissimis rationibus
 atque coniecturis diversum fuisse persuasit: Graecos videlicet a
 Troianis profligatos atque devictos atque inde per totum orbem
 exules. [8] Animadvertite ergo quanta sit veritatis subtilitas, quam
 inviae latebrae; nam, nisi Dion ille, meliore doctrina atque mente
 praeditus, veritatem iam conclamata eruisset, hoc tam insigne
 mendacium apud omnes studiosos ita ut apud vulgus invaluis-
 set. [9] Propterea favere totis viribus vos aequum est cuicumque
 huiusmodi provinciam capesserit, ut veritatem sepultam in lucem
 educat quae publicae utilitatis et voluptatis respectum habeat. Ur-
 bem ergo nostram celebraturi, ab eius prima origine exordium
 capiamus.

II. [10] Karalis totius Sardiniae urbs metropolis, ut ab auctoribus
 probatissimis traditur, condita primum fuit ab Aristaeo, Apollinis
 et Cyrenes nymphae filio, quae, ut poetae volunt Penei fluminis
 filia fuit, ut vero historici tradunt Penei Arcadiae regis antiquissi-
 mi. [11] Hic, inquam, Aristaeus, cum Graecis atque Arcadibus in

7. D. Chr. 11 10-11. Sol. 4,2 || Ioh. Cam., Sol., p. 74

6. preciosissimum *cod.* 7. *post exules, aliquid del. ead. m.*

Saprete certamente che le cose meno note sono le più meritevoli d'essere indagate. Ma poiché la verità è difficile da scoprirsi, la menzogna sta in agguato in ogni dove; la verità, infatti, pur essendo il bene umano più prezioso, non viene colta tanto facilmente né da chiunque. E così la maggior parte delle cose non si conosce e vengono provalate falsità; alcune poi sono sepolte e obliterate al punto che neppure il tempo, che tutto distrugge, scopre e rivela, è sufficiente a far emergere la verità. Dimostra ciò mirabilmente quel famoso Dione di Prusa che, per il suo aureo parlare, a buon diritto fu detto Crisostomo, nell'orazione *In difesa degli Illiesi*. Chi, infatti, sulla fede di tanti stimatissimi scrittori, non avrebbe creduto che Troia fosse stata distrutta e annientata ad opera dei Greci? Nondimeno il nostro Dione, proprio indagando la verità, dimostrò con argomentazioni fondatissime e congetture che le cose andarono in altro modo, e cioè che furono i Greci ad essere sbaragliati e sottomessi dai Troiani e a doversene andare esuli per il mondo. Ebbene, considerate a qual punto sia sfuggibile la verità, quanti i misteri impenetrabili. Infatti, se Dione non avesse estirpato (dotato com'era di un'istruzione e di un'intelligenza superiore) una verità ormai conclamata, una così sfacciata menzogna avrebbe preso il sopravvento presso tutti gli studiosi come fra il volgo. Per questo è giusto che voi sosteniate con tutte le forze chi voglia assumersi un compito di tale fatta, che permetta di trarre in luce quella verità sepolta capace di recare vantaggio allo Stato e a noi piacere. Ordunque, giunta l'ora di celebrare la nostra città, prendiamo le mosse dalla sua prima origine.

II. Cagliari, città madre di tutta la Sardegna, come tramandano autori stimatissimi fu fondata in origine da Aristeo, figlio di Apollo e della ninfa Cirene, la quale a detta dei poeti era figlia del fiume Peneo, secondo quanto narrano gli storici, invece, di Peneo antichissimo re dell'Arcadia. Costui (Aristeo, intendo), sospinto

insulam delatus, Caralim urbem condidit ac caeteris totius insulae oppidis praeposuit; nam rex totius insulae dictus, coniunxit suos iis qui in Nora oppido erant, a Norace quinti Mercurii et Oschyrae
 91r nymphae // filio condito: hi enim primi in hac insula coloni fuere. Testis horum quae hactenus rettuli Iulius Solinus, non minus diligens quam doctus auctor; sic enim in suo *Polyhistore*: [12] «Nihil – inquit – attinet dicere ut Sardus ab Hercule et Norax a Mercurio procreati, cum alter a Libya alter abusque Tarthesso Hispaniae in hosce fines permeavissent, a Sardo terrae, a Norace Norae oppido nomen datum. Mox Aristaeum regnando iis proxime in urbe Carali quam condiderat ipse, coniuncto populo utriusque sanguinis, seiuges usque ad se gentes ad unum morem coniugasse imperium ex insolentia nihil aspernatas. Sed et hic Aristaeus Iolaum creat, qui ad id locorum agros ibi insedit». [13] Haec Solinus, ex cuius verbis perspicue ostenditur Aristaeum primum huius urbis conditorem ac totius insulae regem. Claudius tamen Strabo ante Graecos et Arcades Thuscos fuisse huius urbis indigenas asserit. [14] Constat praeterea hunc Aristaeum multis saeculis ante Romam conditam regnasse, unde merito huius urbis originem extollere licet ac augustissimo Romanorum exordio praeponere, cum hi a Troianis sed barbaris sed victis originem ducere se gloriantur, haec a Graecis antiquissimis non barbaris sed nobiles sed regibus atque victoribus condita atque habitata sit. Fuit ergo Aristaeus
 91v // primus urbis conditor atque totius insulae rex.

[15] Post Aristaeum regnavit Iolaus, ut Solino placet Aristaei filius, sed ut caeteri tam poetae quam historici asserunt Iphicli filius, qui Herculis frater fuit ex Alcumena. Denotat hoc inter alia Aristoteles in opere *De admirandis in natura*, cuius verba, quia

11-12. Sol. 4,2 || Ioh. Cam., *Sol.*, p. 74 13. Strab. 5,2,7 15-17. Sol. 4,2 || Sol. 4,1-2 et (ps.) Aristot. *Mir.* 100 *apud* Ioh. Cam., *loc. cit.*

12. *Lybia cod.* || Tarthesso] Tartesso *scripserim* || Norace *ead. m. ex* Norare *em. in scribendo* 13. Claudius] *non recte a.* 14. *exordio cod.* || *post nobiles*, v (*pro victoribus*) *ead. m. del.* 15. Iphicli] *pro Iphiclis non recte a. ex Camerte*

sull'isola insieme a Greci e Arcadi, fondò Cagliari e la pose a capo di tutte le città colà esistenti; quindi, nominato re dell'intera isola, unì i suoi uomini a quelli che abitavano Nora, città fondata da Norace, figlio del quinto Mercurio e della ninfa Oschira: furono infatti questi i primi colonizzatori dell'isola.

Testimone di tutto ciò che ho riferito fin qui è Giulio Solino, autore diligente non meno che erudito; così infatti egli dice nel suo *Polistore*: «Non importa di come Sardo procreato da Ercole e Norace da Mercurio arrivassero in queste contrade, il primo dalla Libia, l'altro fin da Tartesso in Spagna, e di come da Sardo fosse dato il nome alla terra, da Norace il nome alla città di Nora; e di come subito Aristeo, regnando vicino a questi nella città di Cagliari che egli stesso aveva fondato, congiunta la popolazione dell'uno e dell'altro sangue, avesse unificato il costume di vita di genti fino ad allora del tutto estranee, ma non refrattarie a farsi governare per via della loro inesperienza. E in più questo Aristeo generò Iolao, che in seguito si stabilì là nelle campagne». Ciò riferisce Solino, dalle cui parole si evince chiaramente che Aristeo fu il primo fondatore di Cagliari e primo re di tutta l'isola. Nondimeno [Claudio] Strabone asserisce che, prima di Greci e Arcadi, ci furono quali indigeni della città gli Etruschi. Risulta inoltre che questo Aristeo avesse regnato molte generazioni prima della fondazione di Roma, per cui è con ragione che si può celebrare l'origine di Cagliari e anteporla alla venerabilissima nascita dei Romani, dal momento che questi si gloriano di discendere dai Troiani, barbari e perdenti, quella fu invece fondata e abitata dai Greci più antichi, non barbari bensì nobili e in più re e vincitori. Aristeo fu dunque il primo fondatore della città e il primo re di tutta l'isola. Dopo Aristeo regnò Iolao, figlio di Aristeo secondo l'opinione di Solino, ma secondo quanto asseriscono tutti gli altri, tanto i poeti come gli storici, figlio di quell'Ificle che fu fratello di Ercole per parte di Alcmena. Rileva ciò, tra l'altro, Aristotele nell'opera *Le meraviglie della natura*, le cui parole, poiché aiutano a ricostruire

et ad Sardiniae antiquitatem et laudem attinent, huc adferre volui (ille quidem Graece, sed hoc sensu): [16] «In Sardinia insula multa extare adhuc iniquiunt vetustissima quidem monimenta superioris aetatis Graecoque illo perantiquo more laborata, ac inter alia nonnullos etiam fornices et inarcuata domicilia conspici posse, modulatis quibusdam sed disparibus confecta numeris, quae ferunt olim ab Iolao Iphiclis filio fuisse constructa [17] eo potissimum tempore quo ille Thespiades, quos ab Hercule commissos acceperat, illuc deduxerat tanquam qui sibi adfines essent ob eam qua cum Hercule coniunctus erat propinquitatem, tum etiam ob id quod Hercules universas ad occidentem regiones subegerat» et reliqua quae idem auctor in Sardiniae celebritatem prosequitur. Nunc ad nomen urbis veniamus.

III. [18] Dicta fuit Caralis Graeco nomine a “kara”, quod Graece caput significat: nam, ut retuli, caput et metropolis totius insulae ab origine prima semper fuit et in primordio suo nullum maius
 92r oppidum in Sardinia conditum erat. // [19] Nec admittendum est quod aliqui, ex vulgi sermone corrupto, Callaris dicendum censent immutatis litteris, cum hoc ex nativa Sardorum pronuntiatione procedat ut consonantes in plerisque dictionibus immutent et auctoritas veterum auctorum, codicum, marmorum huic opinioni refragetur. [20] Sic Claudius Strabo Graecus cosmographus Κάραλις πόλις, id est Caralis urbs; sic et Claudius Ptolemaeus et ipse Graecus Καραλιτανὸς κόλπος, id est Caralitanus sinus; sic Stephanus Graecus in opere *De urbibus*: ****

[21] Latini quoque correcti codices idem probant. Theodosius ****; Antoninus Augustus in *Itineribus Sardiniae* sic incipit: «A portu Tibulas, Caralis m.p. etc.»; Mela Pomponius: «antiquissi-

20. Strab. 5,2,7 || Ptol. *geog.*, tab. 7 || Steph. K71 (Billerbeck), p. 34 21. Cod. Theod. 1,16,2; 2,8,1; 8,5,1 || Itin. Anton. Aug. (Wesseling), p. 81 || Mela 2,108

16. per antiquo *cod.* 18. rettuli *cod.* 19. plerisque *cod.* 20. Claudius] *non recte a.* || Ptolemaeus *cod.* || *post urbibus, lacunam statui* 21. *post Theodosius, lacunam statui* || Caralis *scripsi*: Caralim *cod.*

il passato glorioso della Sardegna, ho voluto riportare qui (egli lo dice in greco, ma il senso è questo): «Si narra che nell'isola di Sardegna siano ancora in piedi monumenti senza dubbio vetustissimi, di un'epoca remota, eseguiti con una tecnica greca molto arcaica, e che si possano vedere, fra gli altri, anche alcune arcate e abitazioni con copertura a volta, realizzate con elementi di una certa armonia seppure diseguali; si racconta che queste siano state costruite in antico da Iolao figlio di Ificle, per lo più nel tempo in cui egli, proprio come se si trattasse della sua prole, condusse colà i Tespiadi che gli erano stati affidati da Ercole in ragione di quel vincolo di parentela che lo legava a lui e, in particolare, per il fatto che Ercole aveva sottomesso tutte le regioni ad occidente» e altre cose che lo stesso autore descrive nel celebrare la Sardegna. Veniamo ora al nome della città.

III. Il nome di matrice greca *Caralis* deriva da *kara*, che in quella lingua significa “capo”: infatti, come ho detto, Cagliari fu sempre capitale e metropoli di tutta l'isola fin dalla prima origine, visto che al tempo della sua fondazione non vi era in Sardegna città più importante. E non è ammissibile che taluni sostengano, ricavando ciò dalla parlata corrotta del volgo, che si debba dire con lettere invertite *Callaris*, sia perché è la pronuncia nativa dei Sardi a produrre il fenomeno dell'inversione delle consonanti in moltissime dizioni, sia perché una simile opinione è smentita dalla testimonianza degli antichi autori, dei codici e dei marmi. Così il cosmografo greco [Claudio] Strabone: *Κάραλις πόλις*, cioè città di *Caralis*; così pure Claudio Tolomeo, anch'egli greco: *Καραλιτανός κόλπος*, cioè golfo *Caralitanus*; ugualmente Stefano greco nell'opera *Sulle città*: ****

Anche i codici latini, se corretti, provano la stessa cosa. Teodosio ****; Antonino Augusto così esordisce negli *Itinerari di Sardegna*: «Dal porto di Tibula, *Caralis* miglia etc.»; Pomponio Mela dice:

mae – inquit – in ea Caralis et Sulci»; sic denique omnes qui circumferuntur, si modo correctus sit codex. [22] Antiqui quoque libri in membranis scripti, qui elogia sanctorum martyrum Sardiniae continent: ubicunque urbis huius nomen referendum est Karalis scriptum invenias, ita ut nullibi fallat cui potius scripturae recenti iustius assentiendum quam huius urbis vernaculae pariter et antiquae. [23] Sed quia sunt etiam aliqui tam crassae cervicis ut et haec contemnant, hic referre libuit marmoream inscriptionem quae est Romae in domo Pomponii Laeti, tum propter huius nominis mentionem, tum quod nobilissimi cuiusdam huius urbis civis elogium est. Ea est huiusmodi: // [24]

92v PRO SALVTE DD NN AVGG HERCVLEM DEFENSOREM GENIO CENTYRIAE EX VOTO POSVIT L DOMITIVS VALERIANVS DOMO CAPITOLIADAE STIP XVIII MIL COH X PR P V FL KARALITANI LECTVS IN PRAETORIO DD NN EX LEG VI FERR F C MISSVS HONESTA MISSIONE VII IDVS IANVAR DD NN IMP ANTONINO PIO AVG III ET GETA NOBILISSIMO CAES II COS

[25] Haec antiquissimi marmoris verba (quibus in ambiguis studiosi omnes solent adquiescere) vel lapidi persuadere possent, ut reliqua omittam, Karalis non Callaris dicendum esse. Sed quia neminem studiosorum futurum credo qui deinde non mecum sentiat, non plura de hoc verba faciam. [26] Notatum velim, licet minimum, auctores doctissimos non Caralim numero singulari, sed Caraleis numero multitudinis saepissime protulisse; sic Caesar in

24. *CIL* 6,210 = *ILS* 2103 26. *Bell. Afr.* 98

22. *post* fallat, at *seclusi* || *recenti scripsi*: *recen ead. m. del.* 23. *referre cod.* 24. *KAPITOLIADAE correxi*: *KAPITOLIA DE a. fort. ex Mazochio* 25. *studiosi cod.* || *adquiescere ead. m. ex adquiessere eff.* || *ommittam cod.* || *post deinde, non ead. m. ex nom eff.* || *hoc em. Alziator: hac cod.* 26. *sepisime cod.*

«In essa le città più antiche sono *Caralis* e Sulci»; così infine tutti gli autori che si conoscono, sempreché il codice non abbia errori. Allo stesso modo gli antichi libri scritti su pergamena che contengono gli elogi dei santi martiri di Sardegna: ovunque va fatto il nome di questa città, trovi la forma *Karalis*, così che in nessun caso si può essere ingannevolmente indotti a preferire come più esatta la scrittura recente piuttosto che la vernacola della città, che è anche la scrittura antica.

Ma poiché ci sono ancora persone dalla testa così ottusa da sprezzare perfino queste argomentazioni, ho voluto riportare qui un'iscrizione marmorea che si trova a Roma nella casa di Pomponio Leto, sia per la menzione del nome di Cagliari, sia perché è l'elogio di un cittadino nobilissimo di questa città. L'iscrizione è la seguente:

PRO SALVTE DD NN AVGG HERCVLEM DEFENSO-
REM GENIO CENTYRIAE EX VOTO POSVIT L DO-
MITIVS VALERIANVS DOMO CAPITOLIADE STIP
XVIII MIL COH X PR P V FL KARALITANI LECTVS
IN PRAETORIO DD NN EX LEG VI FERR F C MISSVS
HONESTA MISSIONE VII IDVS IANVAR DD NN IMP
ANTONINO PIO AVG III ET GETA NOBILISSIMO
CAES II COS.

Queste parole dell'antichissimo marmo (alle quali, seppure intendendole in vario modo, tutti gli studiosi sono soliti prestare fede) potrebbero persuadere anche le pietre, per tralasciare il resto, che si deve dire *Karalis* e non *Callaris*. E poiché credo che d'ora in avanti non ci sarà un solo studioso che non concordi con me, su questo non mi dilungherò oltre. Vorrei tuttavia segnalare, benché sia solo un dettaglio, che spessissimo gli autori più dotti hanno menzionato la città non come *Caralis*, al numero singolare, ma come *Caraleis*, al numero plurale; così dice Cesare nei *Commen-*

Commentariis: «a Caralibus – inquit – in altum provectus» atque «ad Caraleis in Sardiniam etc.». Haec licet minima discutere libuit et quia hoc gratum praesertim huius urbis studiosis scio fore et minimarum etiam rerum dulcis cognitio est. Nunc ad inceptum revertamur.

IV. [27] Condita igitur urbs nostra est ab Aristaeo Arcadum rege, ut supra diximus, in sinu qui ab urbe Carali dictus est Caralitanus; qui portum efficit // amoenissimum et multis nominibus celebrem, iuxta quem urbis sunt iacta fundamenta, ut coniectura assequi possumus, distantia a cimeterio quod nunc Divi Saturni dicitur, versus orientem, usque ad aliud cimeterium quod nunc Divi Venerii dicitur. [28] Collis erat medius in quo urbis summitas et arx erat; huius tamen primae foundationis vix superesse ullum vestigium credendum est, cum longa saeculorum series id minime patiatur. His de primordio urbis huius ac primis cultoribus et regibus ac de primo urbis situ et foundatione memoratis, ad reliquas temporum vicissitudines stilum referamus.

[29] Post Graecos successerunt in regnum Carthaginenses. Cum enim hi terra marique victores essent, praeter Hispaniam quam diu tenuerant, omnes Tyrrheni maris insulas imperio suo adiecere: Siciliam, Corsicam, Sardiniam et Baleares. Ii ergo, cum diuturnis obsidionibus urbes huius insulae essent dirutae et adflictae, restituerunt praecipuas, inter quas et Caralim ut totius insulae culmen. [30] Propterea Claudianus poeta in *De bello Gildonico* a Carthaginensibus conditam credit; sic enim ait: «urbs Libyam
93v contra» [...] // Strabo quoque [...]

[31] Post Carthaginenses, ut idem inquit, omnium rerum potiti sunt Romani. Ii primum per Metellum insulam Sardiniam te-

30. Claud. *Gild.* 520 || Strab. *non inv.*, cf. *potius* Paus. 10,17,9 31. Strab. 5,2,7 || cf. Eutr. 4,25 et Ruf. Fest. 4 (*fort. apud* Raph. Volat. *Comm.*, p. LXXXVII)

26. in altum] secundum terram *Bell. Afr.* 98 27. aliud *bis repet. seclusi* 28. His *correx*: Haec *cod.* 29. regnum *correx*: regno *cod.* || terra *ead. m. ex terras eff.* || diu *ead. m. ex diut eff.* 30. in *ead. m. add. s.l.* || *Lybiam cod.* || *post contra, vacuum* || *post quoque, vacuum*

tari: «da Caraleis spinto in mare aperto» e «a Caraleis in Sardegna etc.». Ho voluto discutere tali cose, seppure di minimo momento, sia perché so che ciò sarà particolarmente gradito agli amanti di questa città, sia perché si ha anche il gusto di conoscere le questioni più minute. Ma ora ritorniamo al tema.

IV. La nostra città fu dunque fondata da Aristeo re degli Arcadi, come abbiamo detto sopra, nel golfo dal suo nome detto Cagliaritano; questo golfo forma un porto bellissimo e molto rinomato, nei cui pressi furono gettate le fondamenta che, per quanto possiamo ritenere su base congetturale, si estendevano dal cimitero ora detto di San Saturno, a oriente, fino all'altro cimitero detto ora di San Venerio. Al centro si trovava il colle, sul quale era la parte più elevata della città e la rocca; è però difficile credere che sia rimasta qualche traccia della sua prima fondazione, dal momento che una così lunga successione di secoli non potrebbe assolutamente consentirlo. Richiamati questi dati sulla nascita della città, sui suoi primi abitanti e i suoi re, nonché sulla posizione delle sue prime fondamenta, volgiamo la penna alle vicissitudini dei tempi a seguire.

Dopo i Greci subentrarono al potere i Cartaginesi. Costoro infatti, conquistata l'egemonia sulla terra e sul mare, oltre alla Spagna, che già occupavano da molto tempo, aggiunsero al loro impero tutte le isole del Mar Tirreno: la Sicilia, la Corsica, la Sardegna e le Baleari; e dato che per i lunghi assedi le città della Sardegna erano state distrutte e andarono in rovina, ne ricostruirono le principali, e tra queste Cagliari, in quanto culmine di tutta l'isola. Perciò il poeta Claudiano, ne *La guerra gildonica*, la crede fondata dai Cartaginesi e questo è appunto ciò che egli dice: «città di fronte alla Libia» [...] Anche Strabone [...]

Dopo i Cartaginesi, come afferma lo stesso autore, a impadronirsi di tutto furono i Romani. Questi dapprima occuparono la Sar-

nuere ac pulsus Carthaginiensibus colonias duas deduxere, Caralim et Sulcos, quae celebres prae caeteris in hac insula fuerunt. Sed ut nobilitas huius urbis rectius percipiatur, rem altius repetam ac de statu et iure coloniae aliquid referam.

[32] Regiones quae populo Romano subiectae erant aut regna aut provinciae dicebantur: regna habebant proprium regem populi Romani aut foederatum aut stipendiarium; provinciae sine rege erant et a Romanis proconsulibus vel praetoribus per singulos annos regebantur. [33] In provinciis diversae oppidorum condiciones erant: quaedam enim stipendiaria, quaedam foederata, alia Latii Veteris municipia et coloniae; stipendiaria census Romae quotannis pendebant, foederata oppida libera erant sed amicitiam populique Romani foedus ac fidem servabant, Latii Veteris antiquitate cultorum decorabantur. [34] Municipales ius proprium habebant et ab omni iure et magistratu Romano erant
 94r liberi. Colonia tamen his omnibus // erat nobilior eo quod a civibus Romanis habitabatur: nam in eam soliti sunt deduci milites Romani honesta missione missi, qui praeter nobilitatem atque libertatem omni iure atque magistratu Romano utebantur; nam, ut Gellius ait, cum Roma suorum civium numerum non caperet, deducebatur in coloniam novam pars civium. [35] Atque ita nil aliud erat colonia quam urbis Romae auctarium atque appendix et effigies: idem enim ius habebant coloni atque Romani intra moenia urbis Romae nati, nam Carali nati cives Romani ubicunque dicebantur. [36] Hoc ius coloniae paucissimae in provinciis Romanis urbes nactae sunt ac non passim ac temere concedebatur. In Sardinia tamen duae urbes hoc honore sunt decoratae, Karalis scilicet et Sulci, sed huius tantum nomen restat: urbs ipsa funditus eversa est.

32-35. Gell. 16,13

31. ante sed, u (pro ut) ead. m. del. 33. quodannis cod. || pendebant ead. m. ex penden eff. || post populique, alter que ead. m. del. 34. caperet correxi: caperent cod. || deducebatur correxi: deducebantur cod. 35. quam corr. Alziator: quae cod. 36. pronvinciis cod.

degnata per mano di Metello e, cacciati i Cartaginesi, fondarono due colonie, Cagliari e Sulci, che furono le più celebri fra quelle presenti nell'isola. Ma perché si comprenda meglio la nobiltà di Cagliari, prenderò l'argomento da lontano dando qualche nozione sullo stato giuridico della colonia.

Le regioni soggette al popolo romano erano dette o regni o province. I regni avevano un proprio re, o confederato o tributario del popolo romano; le province non avevano un re ed erano governate da proconsoli o da pretori di carica annuale. Nelle province le condizioni delle città erano diverse: infatti alcune erano tributarie, alcune confederate, altre erano municipi o colonie del Lazio Antico; le tributarie pagavano un censo annuo a Roma, le confederate erano città libere ma rispettavano l'amicizia e il patto di fedeltà al popolo romano, quelle del Lazio Antico erano tenute in grande onore per la tradizione antica dei suoi abitanti. I municipi avevano una loro autonomia giuridica e non erano sottoposti ad alcuna legge e magistratura romana. La colonia, tuttavia, era la più nobile fra tutte queste tipologie per il fatto d'essere abitata da cittadini romani: in essa, per esempio, era consuetudine che venissero dedotti i soldati congedati dopo onorato servizio, i quali, oltre a godere di rispetto e libertà, potevano usufruire di ogni diritto e di ogni magistratura romana. Infatti, come dice Gellio, quando Roma non era sufficiente a contenere la massa dei cittadini, una parte di questi veniva dedotta in una nuova colonia. E così la colonia non era altro che un'aggiunta, un'appendice e un duplicato della città di Roma; e poiché i coloni e i Romani nati dentro le mura della città di Roma avevano lo stesso diritto, di fatto i nativi di Cagliari erano universalmente riconosciuti cittadini romani. Nelle province romane pochissime città ottennero lo stato giuridico di colonia, che non veniva concesso a caso e neppure con facilità. Ciò nonostante, in Sardegna vennero fregiate di questo onore due città, appunto Cagliari e Sulci; ma di quest'ultima resta soltanto il nome (fu infatti distrutta fin dalle fondamenta).

[37] Hinc colligi potest quanta huius urbis celebritas florente Romano imperio fuerit, cum propter portus amoenitatem, frequentiam, facilitatem, tum propter urbis huius antiquitatem et genium et civium Romanorum habitationem et nobilitatem. Nam certe duarum provinciarum quae totius orbis principes sunt emporium dici potuit.

V. [38] Iis Romani imperii temporibus plurimos hic illustres viros
 94v constat floruisse ac Romae principem locum // assecutos, qualis ille Tigellius celeberrimus musicus qui divi Augusti principatu summo in pretio est habitus. Hic enim, ut Horatius in *Satyris* refert, tantae apud Caesarem Augustum potentiae fuit, ut saepissime Augustum uti caneret orantem per amicitiam patris atque suam contemneret.

[39] Floruit praeterea hic Atilius Philippus cum Atilia Pomptilla benedicta uxore sua, uterque clarissimus, quorum celeberrimum monumentum adhuc extat ad cimiterium quod Divi Beneri dicitur, compluribus inscriptionibus Graecisque et Latinis carminibus in rupe ipsa incisis insigne, quod saltem huius urbis incolas admonere potest quanta eo tempore in hac urbe eruditio atque bonarum litterarum studium fuerit, cum non modo in ulla provincia sed nec in ipsa metropoli Romana tot tamque doctis epigrammatibus constipatum monumentum reperiatur. [40] Sunt enim ibi (praeter ea quae tempus abstulit) sex Latina epigrammata carminibus hexametris et pentametris constantia totidemque Graeca et eodem pacto pulcherrimis characteribus exarata, praeter soluta oratione diversa elogia in eodem monumento quae omnia vitam, genus, patriam, mortem L. Atili Philippi viri clarissimi //
 95r et uxoris suae Atiliae Pomptillae benedictae Romanae testantur.

38. Hor. sat. 1,3 39-40. CIL 10,7563-7578

38. viros ead. m. ex vires eff. || precio cod. 39. Atilius] non recte a. pro Cassius || Filippus cod. || carminibus ead. m. ex carminibus eff. || tot ead. m. add. s.l. || post tamque, totque ead. m. non recte add. s.l. 40. post elogia, diu ead. m. del. || Atili] non recte a. pro Cassii || Filippi cod. || post Filippi, et ead. m. del.

Da ciò si può stimare quanto alta fosse la reputazione di Cagliari nel pieno fulgore dell'impero romano, da una parte per l'amenità, l'animazione e la posizione favorevole del suo porto, dall'altra per l'antichità e l'origine stessa della città, per essere abitata da cittadini romani e per la sua nobiltà. Senza dubbio essa poté essere detta l'emporio delle due province più importanti di tutta la terra.

V. Consta che ai tempi dell'impero romano siano fioriti a Cagliari molti uomini illustri, i quali conquistarono a Roma posti di primo piano, come quel Tigellio, musico celeberrimo, che durante il principato del divo Augusto raggiunse l'apice della fama. Costui infatti, come ci dice Orazio nelle *Satire*, aveva acquisito presso Cesare Augusto un potere tale da snobbare spessissimo lo stesso Augusto quando questi lo pregava di cantare in nome dell'amicizia verso suo padre e di quella che lo legava a lui.

Qui inoltre fiorì Attilio Filippo assieme ad Attilia Pontilla, la sua lodata moglie, personaggi entrambi d'alto rango, il cui celeberrimo monumento si trova ancor oggi nel cimitero detto di San Venerio; notevole per le numerose iscrizioni e per i versi greci e latini incisi sulla viva roccia, esso può per lo meno rammentare agli abitanti di Cagliari quanta fosse l'erudizione e quanto l'amore per le buone lettere a quel tempo nella loro città, perché un monumento che presenta una tale concentrazione di così dotti epigrammi non si ritrova non solo in alcuna provincia, ma neppure nella stessa metropoli di Roma. Infatti, escludendo quelli che il tempo ha cancellato, vi si contano sei epigrammi latini, formati da versi esametri e pentametri, e altrettanti greci, incisi allo stesso modo con bellissimi caratteri, oltre a diversi elogi in prosa (nel medesimo monumento) che rendono testimonianza della vita, della stirpe, della patria, della morte di L. Attilio Filippo, *vir clarissimus*, e della sua lodata moglie romana Attilia Pontilla.

[41] Sub Caesaribus Traiano, Hadriano et Antoninis maxime claruisse hanc urbem invenio: exercitum enim Romanum diu aluit. Eo tempore C. Rufus vir clarissimus, procurator Hadriani imperatoris et Plotinae Augustae Traiani uxoris, hanc urbem summo cum honore rexit, cui statua in foro Caralitano erecta est, ut elogium quod adhuc in urbe manet testatur.

[42] Floruere et alii viri foeminaeque clarissimi, quorum nomina in marmoreis inscriptionibus saepissime reperimus: Dorotia Simplicissima, C. Quinctius vir clarissimus, Papyrius Festus, Manlia Ingenua, Clodius Benerianus, Gabinius Bassus, Gabinia Leda, Gabinius Felix, Octavia Heuresis cum filia Iulia Heurese [...] atque alii quorum nomenclaturae nunc non suppetunt, qui omnes elogiis perennibus suam nobilitatem testati sunt. [43] Summum aliqui in militia Romana locum assecuti sunt, inter quos est et perfectissimus vir Flavius Caralitanus praefectus cohortis decimae praetoriae, cuius inscriptio Romana supra posita meminit. //

95v [44] Nullo tempore celebrior aut ampliatio haec urbs fuit quam vigente imperio Romano. Nam, praeter monumentorum copiam, remanent et aedificiorum vestigia quae eius amplitudinem antiquam docent: a parte occidentis usque ad cimeterium Divi Venerii, a parte Austri litore claudebatur, a parte vero orientis usque ad cimeterium Divi Saturni patebat, a septemtrione non admodum prominebat, ita ut multo longior esset a litoris ora quam latior. [45] Inde enim Claudianus: «tenditur – inquit – in longum Caralis tenuemque per undas / obvia dimittit fracturum flamina collem etc.».

[46] In ipso colle arx erat. Ab arce via recta descendebat ad litus: haec via Sacra sive Apollinis dicebatur. Iuxta portum erat templum principale quod Iovis Optimi Maximi dicebatur; erant et

41. *CIL* 10,7587 = *ILS* 1402 42. *CIL* 10,7646 || *CIL* 10,7603 || *CIL* 10,7688 || *CIL* 10,7712 || *CIL* 10,7675 = 7719 || *CIL* 10,7686 43. *CIL* 6,210 = *ILS* 2103 45. *Claud. Gild.* 521-522 46. *cf. Leg. s. Sat. lect.* 7

41. *Calaritano cod.* 42. *sepissime cod.* || *Quinctius cod.* || *post Heurese, vacuum* 44. *littore cod.* || *littoris cod.* 45. *dimittit cod.* 46. *littus cod.*

Scopro ora che sotto i Cesari Traiano, Adriano e gli Antonini questa città conobbe il suo massimo splendore, giacché a lungo approvvigionò l'esercito romano. A quel tempo G. Rufo, *vir clarissimus*, procuratore dell'imperatore Adriano e della moglie di Traiano Plotina Augusta, rese questa città con sommo onore; a lui fu eretta una statua nel Foro cagliaritano, come attesta l'elogio che ancora si conserva in città.

Vi fiorirono anche altri uomini e donne illustri, i cui nomi rinveniamo spessissimo su iscrizioni marmoree: Dorotia Semplicissima, G. Quinzio *vir clarissimus*, Papirio Festo, Manlia Ingenua, Clodio Beneriano, Gabinio Basso, Gabinia Leda, Gabinio Felix, Ottavia Heuresis con la figlia Giulia Heuresis, [...] e altri dei cui nomi ora non dispongo, che ci rendono edotti della loro nobiltà attraverso elogi immortali. Alcuni conseguirono i più alti gradi nell'esercito romano; tra questi è anche il *vir perfectissimus* Flavio Cagliaritano, comandante della decima coorte pretoria, del quale conserva il ricordo l'iscrizione di Roma sopra riprodotta.

In nessuna epoca Cagliari fu tanto popolosa e vasta come nel pieno vigore dell'impero romano. Infatti, a parte il gran numero di monumenti, rimangono anche vestigia di edifici che mostrano la sua antica ampiezza: nel versante occidentale si estendeva sino al cimitero di San Venerio, in quello meridionale era delimitata dalla costa, in quello orientale si estendeva sino al cimitero di San Saturno, verso settentrione non si spingeva molto, così che risultava assai più sviluppata in lunghezza, seguendo la costa, che non in profondità. Da cui appunto Claudiano dice: «si adagia allungata Cagliari, e attraverso le onde / fa avanzare un piccolo colle che frange i venti» etc.

Sul medesimo colle era la rocca. Dalla rocca una via scendeva in linea retta verso il lido: questa via era chiamata Sacra o di Apollo. Vicino al porto si trovava il tempio più importante, che si ricorda come tempio di Giove Ottimo Massimo; esistevano altri templi

alia per urbem templa, ut Aesculapi Augusti quod L. Iulius Mario accensus consulum dedicavit. Fuerunt et alia in hac urbe digna memoratu, quae vel nunc ignorantur vel praetereunda censeo ut ad reliqua veniamus.

VI. [47] Postea decrescente imperio Romano atque Christiana fide per totum orbem invalescente, plurimi clarissimi viri pro Christi fide hic coronati sunt, inter quos praecipuam laudem obtinent divus Saturnus, civis Romanus // Caralitanus, qui sub praetore Barbaro, Diocletiano ac Maximino imperatoribus, martyrio coronatus est; praeter hunc, divus Simplicius, diva Restituta, divus Ruxorius, divus Cesellus, divus Camerinus, divus Felix. [48] Passus est etiam hic pro Christo divus martyr Bonifacius, urbis huius episcopus, cuius marmoreus cippus adhuc in Divi Saturni aede extat et alii viri celebres qui martyrii palmam hic sunt consecuti, quorum mentio in sacris elogiis saepissime reperitur. [49] Quid referam hic episcopos, pontifices maximos qui ex hac urbe educti ad summum dignitatis gradum pervenere? Quos omnes si nunc referre vellem, multum verborum faciendum esset. Sed temporum successionem sequamur.

[50] Deinde, longo post tempore imperio Romano per barbaros, Gothos, Vandalos attrito, insulae etiam a barbaris sunt devastatae, minus tamen detrimenti Sardinia quam reliquae sortita est. Sed cum Iustinianus catholicus ac victoriosissimus imperator Orientis per Narsen omnem fere Occidentem a barbaris recuperasset, hanc insulam militibus Constantinopolitanis habitandam dedit. [51] Inde primum huius insulae ecclesiae Graecis tumulis sunt insignitae. Atque aliqua remanent monumenta eius temporis lit-

46. *CIL* 10,7552 47. *cf. Leg. s. Sat. lectt.* 2-9 48. *CIL* 10,7753 = Corda 1999, CAR014

46. *coenseo cod.* 47. *civis ead. m. ex cuius eff.* || Maximino] *non recte a. pro Maximiano* || D. Restituta *bis repet. ead. m. del.* || D. Ruxorius, D. Cesellius, D. Camerinus *ead. m. add. in mg.* || Cesellus *scripsi: Cesellius cod.* 48. *post elogiis, M ead. m. del.* || *sepiissime cod.* || *reperitur ead. m. ex repetur eff.* 50. *attrito cod.* || *etiam conieci: ehae cod.* || *catolicus cod.* || *victoriosissimus scripsi: victoriosissimus ead. m. ex victoriosus eff.* 51. *ecclesiae cod.*

sparsi per la città, come quello di Esculapio Augusto che l'*accensus consulum* L. Giulio Marione dedicò al dio. A Cagliari c'erano tante altre cose degne d'essere ricordate, ma o attualmente si ignorano o sono io a tralasciarle di proposito per dare spazio al resto.

VI. In seguito, quando ormai la potenza di Roma era al declino e la fede cristiana iniziava ad affermarsi in tutto il mondo, moltissimi preclari personaggi subirono qui il martirio per la fede in Cristo; tra costoro meritano particolare lode san Saturno, cittadino romano di Cagliari che sotto il pretore Barbaro, durante il principato di Diocleziano e Massimiano, ottenne la corona del martirio; oltre a questo, san Semplicio, santa Restituta, san Lussorio, san Cesello, san Camerino, san Felice. Vi si immolò nel nome di Cristo anche il martire san Bonifacio, vescovo di questa città, il cui cippo marmoreo è tuttora esposto nella chiesa di San Saturno, e altri famosi personaggi che hanno conseguito sempre qui la palma del martirio e dei quali assai di frequente si trova menzione nei sacri elogi. E cosa dire dei vescovi e dei sommi pontefici che arrivarono a quelle massime cariche proprio partendo da questa città? Se volessi elencarli tutti ora il discorso si farebbe troppo lungo. Procediamo perciò con la narrazione storica.

Alfine, dopo molto tempo, quando la potenza di Roma si infiacchì a causa dei barbari, dei Goti e dei Vandali, anche le isole vennero devastate, ma rispetto alle altre la Sardegna ne uscì con minor danno. E quando, per mano di Narsete, il cattolico e vittoriosissimo imperatore d'Oriente Giustiniano riuscì a strappare ai barbari quasi tutto l'Occidente, concesse quest'isola ai soldati di Costantinopoli per dimorarvi. D'allora, per la prima volta, le chiese sarde furono decorate con sepolcri greci. E d'altronde rimangono altri

96v teris semigraecis ac barbaris // exarata, quae barbariem eorum temporum denotant, quo iam bonae omnes litterae perierant [52] et ipse quoque sermo Sardorum adhuc retinet non pauca verba sermonis Graeci atque ipse loquentium sonus Graecisantem quendam prae se fert, sicut in *Codice Iustiniani* et eiusdem temporis auctoribus complura verba semigraeca et barbara invenimus Latino sermoni admixta, ut ipsis Romanis Constantinopolitani commixti.

[53] Mansere diu Constantinopolitani coloni in hac urbe quousque Pisanorum superbia, terra marique potens, huc appulit. Nam cum diutina obsidione hanc urbem diruissent, postea, rerum potiti, a caementis instauravere ac *Castro Pisano* nomen indidere: ita enim in monumentis Pisanis invenitur ubi non Castrum Callaris, ut nunc dici solet, sed Castellum Castri haec urbs vocatur. [54] Hi, inter caetera memoria digna, templum Divo Saturno pulcherrimum ex reliquiis Constantinopolitanorum ac Divae Caeciliae in medio urbis, moenibus arcem atque turribus fortissimis munivere. Deinde, cum frequentius fieret hoc Castellum propter stationem maritimam, tribus insignibus suburbiis auctum est. //

97r [55] Non diu Pisanis colonis haec urbs gavisata est, alioqui non poenitendis; nam per reges Hispanos non longo post tempore obtenta insula. Colonos etiam Hispanos haec urbs habuit; quod, quia adhuc vulgaribus elogiis haec auspiciatissima totius insulae victoria concinetur, non latius referendum arbitror.

[56] Hi ergo incliti reges, obtenta hac insula, colonias ex militibus Cathalanis deduxerunt duas, *L'Alguer* et *Càller*, quae duo oppidatim magis florebant; deductae sunt in Caralim familiae Cathalanorum praecipuae ac clariores: nam et hoc posteritas ipsa testatur.

52. Cod. Iust. *passim*

51. quo] quibus *pot. scripserim* 52. Graecisantem *conieci*: Graecisantum *ead. m. ex Graecit- eff.* || ipsis Romanis *correx*: ipsi Ro. *cod.* 55. concinetur *conieci*: continetur *cod.* 56. *Lalguer cod.* || Catalanorum *cod.*

documenti di quel tempo scritti con lettere semigreche e barbare che denotano la barbarie di quell'epoca, quando ormai la cultura classica era completamente decaduta. Anche la stessa parlata dei Sardi conserva ad oggi non pochi vocaboli della lingua greca, e persino la loro pronuncia palesa un che di grecizzante (ugualmente nel *Codice di Giustiniano* e negli autori coevi parecchi vocaboli semigreci e barbari sono frammisti alla lingua latina, riflesso di come i Bizantini si mescolarono ai Romani).

I coloni bizantini rimasero a lungo a Cagliari, finché non vi approdò l'arroganza dei Pisani che spadroneggiava per terra e per mare. E poiché questi ultimi avevano raso al suolo la città dopo averla sottoposta a un interminabile assedio, una volta che se ne fecero padroni la ricostruirono pietra per pietra e le imposero il nome di Castro Pisano: così infatti veniamo a sapere dai documenti pisani, dove non è chiamata Castro di Cagliari, come ora suole dirsi, ma Castel di Castro. I Pisani, tra le altre cose degne di memoria, eressero una bellissima chiesa dedicata a San Saturno su rovine bizantine e un'altra nel centro della città dedicata a Santa Cecilia, fortificarono la rocca con mura e torri solidissime. Quindi, poiché questo Castello diventava sempre più popoloso per via della stazione marittima, fu ampliato con l'aggiunta di tre magnifici sobborghi.

Cagliari non godette a lungo della colonizzazione pisana, per certi versi non deplorabile; infatti, non molto tempo dopo la Sardegna fu occupata dai re di Spagna. La città ebbe dunque anche coloni spagnoli, ma poiché questa auspicatissima conquista di tutta l'isola è ancor oggi celebrata attraverso componimenti lirici in volgare, non ritengo di doverne dire più diffusamente.

Preso dunque possesso dell'isola, questi incliti re vi dedussero due colonie di soldati catalani, *L'Alguer* e *Càller*, che da quel momento divennero le due città più prospere; a Cagliari furono condotte le famiglie catalane più importanti e illustri: ed è la stessa posterità

[57] Constat praeterea rerum Hispanarum primordium tunc coepisse pluresque colonias Cathalanorum in diversas provincias deductas; est enim in Sicilia quoque colonia Cathalanorum Panhormus, apud Graecos aliquae urbes et Zacynthus etiam insula, ut refert Hieronymus Paulus Barcinonensis.

VII. [58] Hic mihi huius urbis felicitatem antiquam vel felicem antiquitatem admirari succurrit, quae praeter nobilissimam originem, celebritatem, frequentiam, tot tamque potentibus colonis insignita fuerit. Colonos enim habuit sex nationum quae omnium ab orbe condito maxime victrices et potentissimae fuere.

[59] Primum enim a Graecis condita atque habitata fuit, in quo nec ipsis – ut supra retuli – Romanis cedimus; deinde Carthaginienses tenuere, qui // priores Romanis orbis imperio adspirarunt ac diu cum Romanis de principatu contenderunt; post hos Romani ut totius orbis victores, profligatis Poenis, hanc urbem diu habitant; recidente Romanorum gloria in Constantinopolitanos, et ipsi hanc urbem ab Oriente descendentes dignati sunt habitare; deinde Pisanis praepollentibus atque orbis imperio inhiantibus, et ipsos nostra urbs recepit.

[60] Restabat victrix Hispania quae, totius orbis dignissima imperatrix, non orbe contenta Romano tot saeculis ignoratas suo principi terras tradidit; et ipsa ex imperii sui cunabulis ad hanc urbem habitandam suos alumnos misit, sed electissimos sed totius Hispaniae probatissimos, scilicet Barcinonenses.

[61] I nunc et hanc urbem, licet parvam, non admirare: quae (ut antiquitatem mittamus) ex omnibus provinciis tantum felicitatis assecuta est urbs ut a tot potentissimis nationibus culta fuerit. Scimus et alias urbes ab his nationibus occupatas fuisse et ab

57. Hier. Paul. *Barc.* 83

57. in diversas provincias *correx*i: in diversis provinciis *cod.* || Catalanorum *cod.* || Hieronymus *scripsi*: L Ieronymus (L *del. ead. m.*) *cod.* 59. *rettuli cod.* || Cartaginienses *cod.* || descendentes *ead. m. ex decc- eff.* 60. *ex correxi*: in *cod.*

ad attestarlo. Consta inoltre che proprio allora ebbe inizio la potenza ispanica e che molte colonie di Catalani vennero fondate in diverse province; anche in Sicilia vi è infatti una colonia di Catalani, Palermo, presso i Greci alcune città e anche l'isola di Zante, come riferisce il Barcellonese Jeroni Pau.

VII. A questo punto non posso esimermi dall'ammirare la felicità antica o piuttosto la felice antichità di Cagliari, che oltre alla nobilissima origine, alla celebrità, alla popolosità, ha avuto l'onore d'accogliere tanti e tanto potenti coloni. Infatti ebbe coloni delle sei nazioni che in assoluto furono le più vittoriose e potenti da che esiste il mondo. Dapprima fu appunto fondata e abitata dai Greci (e questo – come ho ricordato sopra – ci pone addirittura in vantaggio sui Romani); poi la governarono i Cartaginesi, che aspirarono all'impero universale prima dei Romani e che con i Romani rivaleggiarono a lungo per la supremazia; sconfitti i Punici succedettero loro i Romani, che ormai vincitori del mondo intero abitarono Cagliari per molto tempo; quando la gloria dei Romani passò ai Bizantini, anche questi non disdegnarono di abitarla trasferendovisi dall'Oriente; quindi, al tempo in cui i Pisani detenevano l'egemonia e bramavano il dominio universale, la nostra città accolse anche costoro.

Rimaneva la vittoriosa Spagna, la degnissima imperatrice di tutto il mondo che, non paga dei territori conquistati dai Romani, consegnò al suo principe terre ignorate per tanti secoli; ebbene, ad abitare Cagliari essa mandò dalla culla del suo impero i propri figli, e per giunta i più autorevoli e stimati di tutta la Spagna: i Barcellonesi.

Orsù dunque, e non stupitevi se questa pur piccola città (sorvoliamo qui sulla sua storia antica) ebbe così grande fortuna rispetto alle altre province da essere scelta come luogo d'elezione da tante potentissime nazioni. Sappiamo che altre città furono occupate dalle

omnibus his habitatam nullam scimus; alias alii depopulantur et deserunt, at nostram urbem nullus quantumvis victor et celebris populus contempsit. Omnes eam colere dignati sunt: iudicabant enim dignissimam nec temere praetereundam. [62] Tantum male solet audire quod hic saepissime peregrini detineantur ac, quasi glutino quodam adlecti, vix divelli queant; quod ad laudem potius urbis referendum censeo, cum hoc commune habeat cum
 98r praecipui nominis urbibus. Nam // quis non libentius immoretur urbi celebri et copiosissimae quam scopulis inhospitis et incultis? Quod si externi hic diutius immorari solent, nativae urbis benignitati, mea sententia, debetur.

[63] I nunc et quidquam malignius existima, cum nil quod ad laudem vel primariae urbis pertineat huic absit: antiquitas, nobilitas, celebritas, frequentia, situs amoenissimus atque peropportunus, portus frequentissimus arte pariter atque natura adiutus; deliciae, hortuli, voluptates et caetera quae animi gratia in urbibus expetuntur eo sunt hic temperamento ut nec nimia copia animam dissolvant neque rursus inopia solum ut sterile traducant. [64] Urbs ipsa tot turribus bellicisque machinis munitissima, solum fertile omnium frugum vinique ac carniū cuiuscunque generis foecundissimum ac in insula infami ac male audiente saluberrimum. [65] Cives ipsi nativa benignitate hospitales, peregrinis adfables, externis amicissimi, recti Dei cultores, tam domi quam militiae strenui, omni doctrina atque arte ingeniosi, cum nobilitate paribus etiam divitiis decorati; foeminae etiam, praeter alias virtutes, nativa pulchritudine atque adfabilitate mirabiles.

[66] Et quam maxime huius urbis felicitatem, gloriam decusque auget, quod tales duces ac rectores iurique praefectos quodam Dei munere sortita est, ut merito, licet quaecunque dixerim dissimulatione praeterirem, hoc solum caeteris omnibus celebriorem ac praestantiorem hanc urbem ostendere facile posset.

61. hiis *cod.* || quantum vis *cod.* 62. sepiissime *cod.* || scopulis *ead. m. ex hoff.* 63. amenissimus *cod.* || peropportunus *cod.* || animam *ead. m. ex anima em.*

stesse nazioni, ma sappiamo anche che nessuna fu da loro abitata; in alcuni casi le saccheggiarono per poi abbandonarle, ma nessun popolo, per quanto vittorioso e celebre, dispregiò la nostra città: tutti si degnarono di viverci, giudicandola luogo assolutamente meritevole e da non scartare a priori. Gira soltanto la cattiva fama che spessissimo qui i forestieri vengono trattiene, come incollati da una sorta di pania dalla quale a stento riescono a liberarsi; ciò che io ritengo sia semmai da volgere a lode di Cagliari, dal momento che questa caratteristica essa l'ha in comune con le città di massima rinomanza. Infatti, chi non si tratterrebbe più volentieri in una città ben popolata e fornita di tutto, piuttosto che su degli scogli inospitali e squallidi? Perciò, se gli stranieri sono soliti trattenervisi per tanto tempo, questo si deve, a mio parere, all'innata piacevolezza della città.

Orsù dunque, e non si dia peso alle maldicenze, perché a Cagliari non manca niente di ciò che ricade a lode di una città, foss'anche di prim'ordine: l'antichità, la nobiltà, la celebrità, l'affluenza, una posizione oltremodo amena e favorevole, un porto intensamente trafficato e reso sicuro dall'opera dell'uomo non meno che dalla conformazione naturale; quanto ai luoghi di svago, ai giardinetti, agli spettacoli e a tutte le altre cose che nelle città sono indispensabili per ritemperare lo spirito, esse sono qui nella giusta misura, così da non corrompere l'anima con la loro eccessiva abbondanza o da renderla come un suolo sterile con la loro esiguità. La città è munitissima grazie a numerose torri e artiglierie, ha un terreno fertile che produce grandi quantità di tutti i tipi di raccolto, di vino e di carni di ogni genere ed è saluberrimo, pur in un'isola dalla pessima fama ed esecrata. Essendo dotati di un'innata cordialità, i cittadini sono ospitali, affabili coi forestieri, molto amichevoli con gli stranieri, sono retti cultori di Dio, valorosi in pace e in guerra, versati nelle scienze come nelle arti pratiche, ornati certo di nobiltà ma altrettanto forniti di ricchezze; le donne poi, oltre alle altre virtù, sono di una sorprendente bellezza naturale e cortesia.

Eppure, ciò che accresce a dismisura la fortuna, la gloria e l'onore di questa città è il fatto che essa abbia ricevuto in sorte, come per dono divino, governanti, amministratori e magistrati tali che, se anche avessi taciuto in malafede quanto ho detto sinora, a buon diritto questo solo aspetto basterebbe a dichiarare Cagliari la città più famosa e importante di tutte.